

illū. hęc ergo dilectō (fit in ipſ) q̄ ex hac dilectōe ōma faciēt et ſufferēt q̄ p̄tinent ad mūdi illū nacōez (et ego in ipſis) ſic mane am ne me in hac pte obliuiſcāt
p. Job. iij. In hoc cognouim? qm̄ in ipſo manem? et ipſe in nobis qm̄ de ſpū ſuo dedit nobis. ſic igit cōpleta eſt oꝛo domini.

Capi. decimū octauū.
H Ec cū dixiſſet ih̄us egreſſus ē etc. **H**ic incipit ſe cūda ps illi? p̄tis in qua agit de uerbi ſanctificacōe. poſt q̄ uero ſanctificauit uerbo erudicōis et ſuffragio oracōis tangit ſanctificacōez p̄ passionē et ſanguinē. diuidit autē hęc ps in quatuor ptes. **I**n quaruz prima agit de xp̄i captiuitate. **I**n ſecūda de condemnacōe ibi: **A**dduxerūt eū ad anam p̄mū. **I**n tertia autē agit de ſua paſſione ibi: ſuſceperūt at̄ ih̄eſū. **I**n quarta autē agit de ſe pulture d̄dicōe ibi: **P**t? hęc roga uit p̄latū etc. **I**n p̄ma hanc tria determinātur ſc̄z q̄ p̄dicōſa fuit captiuitas et q̄ fuit uolūtaria ibi **I**h̄s autē ſciens que uētura erāt ſup eū: **t**ercō tangit q̄ fuit ignōi moſa et malicioſa ibi: **C**ohors eſgo et tribun? **I**n p̄ma hanc ad huc duo ſūt ſc̄z xp̄i aduent? ad locū cognitū p̄ditori et qualis p̄ditor uenit ad locū illum ibi: **J**udas ergo etc. **I**n p̄mo hanc dicit tria **I**n quoz p̄mo ſt̄nuat d̄cā

dicendis d̄cōs: **C**ū hęc dixiſſet ih̄e ſus: ad diſcipuloꝝ cōſuēcōez: egreſſus ē: de loco ubi cōſortabat apoſtolos ſiue diſcipulos (trās torrētē cædron) locus eſt quē trāſiuit et iſtud eſt ſecūduz inter tria ſc̄z loci deſcripcō in quo capt? fuit. **A**t tēde autē q̄ ſic dicit **A**ug? de cōcordia euāgeliztarū nō ſt̄nuet poſt oracōem exiuit. ſc̄z poſt ante facta eſt cōtencō inter diſcipulos quis eorum uideretur eſſe maior ſicut dicit **Lu. xxiij.** ſed hęc ioh̄anes p̄terijt q̄ uidit q̄ lucas hęc plene poſuit. dicit ergo q̄ egreſſus eſt extra ciuitatem p̄pter tres cauſas ſc̄z ut nos egreſſuros de mundi habitacōe ſignaret quādo nos ſac̄ficiū deo offerre uolū? **Exo. v.** **I**bi m̄? uiam triū dieruz in ſolitudine ad ſac̄rificandum deo noſtro. **S**ecūda ut tumultū hominū fugere doceret tēpe oracōis et qm̄ familiaria auz noſtris tractare uellem? **Tren. iij.** **D**edebit ſolitari? et tacebit q̄ le. ſe. ſup ſe. **Ozee. ij.** **A**dducam eam in ſolitudinem et loquar ad cor eius. **T**ercia cauſa eſt ut in loco ſigr̄z q̄ ſolus ip̄e mundi ſac̄ficiū eēt **Yſa. lxiij.** **T**orcular calcaui ſol? et de gētib? n̄ ē uir meū: trās torrētē: ubi fuit torrētis decurſus et ſigr̄t uia paſſiōis quā xp̄s tunc trāſeūdo uoluit pambulare. **ps.** **D**e torrētē in uia bibit p̄pt̄ea exaltabit caput et bene dicit torrēs

qz torrens torore caloris sol de
 scendit cū impetu a sic xps calo e
 caritatis a luce veritatis succēsus
 fluid? passionū impetu pprie vo
 luntatis sustinuit. sic ergo hālit
 a figuraliter viā ad passionē p
 torrentē fecit. hic autē torres dr
 cedron qz statim post ipsum erat
 locus cedri? qbusdam confitus
 Cedron em̄ gemitu? est grecus a
 idem est qz cedroz a ideo lra quā
 exponit Cris. habz Egressus est
 ih̄s trans torrētem cedroz. unde
 p. Mach. xv. mādauit ātio ch?
 cendebeo edificare cedronē a via
 naē ciuitati. qz ex illo volebat ob
 fidere ciuitatē (Cū discipulis suis)
 q̄ testes eēt voluntarie passiois
 sue a qz aufugere potuissz si volu
 issz. ij. Re. xv. Rex dauid trās gre
 diebatur trās torrētem cedron a
 auctus popul? incedebat oītra vi
 am oliue. Rex em̄ dauid manu
 foris xpm̄ signat ad locū certa
 minis cūte. popul? autē signat
 discipuloz vniuersitatē (vbi eāt
ortus) ab oriente dict? a fuit or
 tus arborib? a situs in quē ppter
 amenitatē a occultacōem ab ho
 mib? xps intrare erat solit? a h̄
 est qd̄ seqtur (i quē intrauit ih̄s
 sus) sm̄ a suetudinē (a discipuli
 ei?) familiaria ibi a xpo auditu
 ri Mar. vi. Venite seorsū in des
 tum locū a req̄sate pusillū Pz
 videtur nō concordare cū eo quod
 hic d̄z qd̄ dicūt Mathe? a mar

cus qui dicūt qz venit in villam
 que dicit getsemam Sed ad h̄
 dicit Aug? qz hęc villa fuit i pe
 de montis a ortus ad villā ptine
 bat Et qz hęc om̄ia erant i mōte
 oliuarū. ideo Luce. xxij. dicit. Qz
 egressus ibat in mōtem oliuarū
 Adhuc autēz cū egressus ciuita
 tē nocte post cenam exierit videt
 qz latere intēderit. Ad hoc autēz
 respondit Cris. qz non qz cōsue
 tum erat ei nocte sepe pernoctare
 in solitudine a oracōe vt a famili
 aria doceret discipulos a idō sig
 num timiditatis a fuge non fuit
 Si em̄ fugere voluissz ad locum
 pditori declinassz in cognitu? h̄
 est secūdū (Dicebat autē iudas
qui tradebat eū) hoc ideo dicitur
 qz sicut dicit Mathe. xxvi. ip̄e iu
 das ibat ad sacerdotes a scribas
 dices Quid vultis michi dare
 a ego eum vobis tradam. qd̄ io
 hānes breuiter trāsit a ideo dicit
 Qui tradidit sub pacto precio
 apd̄ sacerdotes a scribas (locū)
 q̄a amen? a familiaris fuit (q̄a
frequēt ih̄s uenerat illuc) a iu
 das auz eo qn̄ ascēderūt iherusa
 lē (cū discipulis suis) q̄s famili
 ariter instruxit. Querit autē hic
 Cris. cū eum iudas in domo reli
 quissz qn̄ exiuit quare rediēs in
 domo eū non quesuit Et dic̄ ad
 hoc Cris. qz sciebat eū a suetudi
 nem habere frequēter extra in ora
 cione pnoctare a strat? mollicie

declinare et sic in loco illo quiescit
ubi orationem inuenit. In ciuitate
autem non rediit ad eum vel in villa
ne a turbis que ad diem festum ue
nerat defenderet. Et fuit causa que
re de die non uenerunt ad capiendum
quod Christus de die solitus erat esse cum
turbis que dicebat. Luc. xxi. erat
diebus docens in templo noctibus autem
exiens morabatur in monte oliua
rum. (iudas autem cum accepisset co
hortem.) Istud est secundum preme
partis. Et dicuntur tria scilicet qua
liter perditorem uenit. qualiter muni
tus uenit. quibus armis uenit. di
cit ergo iudas ergo perditorem qui
ut perditorem secreta Christi loca rina
tus fuerat. Gen. xliij. Explorato
res estis ad considerandum immuni
ta terra uenistis: cum accepisset co
hortem: militum gentiliu quorum in
tereant capere malefactores per ma
num publicam. hanc autem cohortem
non a se habuit sed (a pontifici
bus) accepit ad se secundum dicit
em Crisostomus. quod cohortis militum seque
batur iudam quod uero nomine erant
militum pecuniarum gratia omnia fa
cere meditates. ideo propter pecuni
am eum domino sacilegas manus iniece
runt. hac ergo cohorte sic munitus
et a pontificibus (et pharisaeis) qui
potestate templi et legis spirituale ha
bebant accepit (ministros) famu
los eorum qui ministri erant tanti sce
leris (uenit illuc) ad locum quem
scilicet perditorem obseruauerat. per se. In

insidiatur in abscondito quasi leo in
spelunca sua insidiatur ut iacobus
(cum lanternis) quibus lumen cu
stodiebatur ne a vento extinguere
posset. (et facibus) quarum lumen
clare tenebras noctis et umbras
arborum effugaret etiam angulos
illuminaret ut nusquam latere possent
(et armis) quibus contra defen
dentes Christum impugnaret. Luce.
xxi. Math. xxvi. Tanquam ad latro
nem existis cum gladiis et fustibus
comprehendere me. Dic in
tenebris ambulantes lumen ne
quidie sue a lanternis et facibus
mendicabant. Job. iij. Dilexerunt
homines magis tenebras quam lucem
erant enim eorum mala opera. Ite
undecimo. Qui ambulat in nocte
offendit. psalmista. Rescuerunt
neque intellexerunt in tenebris am
bulant. Job. xxiiij. Dic in tene
bris quasi in lumine dieiambu
laui. Dic ergo ostenditur cap
tiuitas domini ex parte iude esse per
dicosa. (Ihesus itaque sciens) hec
est secunda pars istius tractatus
de passione in qua ostenditur pas
sio Christi esse uoluntaria per quatuor
que per ordinem dicit in littera.
Quorum primum est quia pre
sciens (omnia que super eum uen
tura erant) latitare potuit sed no
noluit. Secundum est quia se
captiuatoribus eum non cogno
scantibus obtulit. Tercium est quod
se offerendo discipulos liberauit.

Quartū est qz petz defendentez
 captiuitatē eius p̄secuit et repre
 hendit In p̄mo loz dicuntur q̄
 tuoz quoz p̄mū est p̄sciencia fu
 turoz. sc̄dum oblatio sui ad
 man? captiuancū. terciū autem
 inuerecūdia iude q̄ videbat eū et
 tamē nichil facere potuit nisi qd̄
 pati voluit. q̄tum est autē inua
 litudo standi cōtra faciem ei? dic̄
 ergo: ih̄s itaqz sciens: vt de? et p̄
 sciens: om̄ia que: ex disposicione
 diuina: ventura erāt sup eum: ad
 generis hūam̄i redempcōnez Jo
 xiiij. Sciens ih̄s qz venit ei? h̄c
 Actu. iij. Facere q̄ cōsilium tuuz
 et man? tue decreuerūt fieri (p̄cel
 sit) a quo aufugere poterat si vo
 luissz (et dixit eis) offerens se vo
 luntarie. Deb. ix. De offerēdo p
 hostiā suam apparuit (quē quei
 tis) nō ignorātis est questio s̄ se
 offerētis et a malo corrigētis. vñ
 sc̄sus est. videte quē queratis eū
 sc̄z qui et innoctis est a cui? p̄secu
 dione cessare deberetis et eum qui
 vos effugere possz si vellet. Et iō
 cessandū vobis eēt ab audacia et
 sic soluit obiectō quorūda? obi
 ciendū qd̄ dñs se p̄ntādo dede
 rit occasionē in se peccādi. Dñs
 em̄ op? nostre redempcōis cōple
 uit et sufficētē cohibuit eos sicut
 etiā iudaz p̄ditore supra. xiiij. q̄
 tum licuit retrixit et ido inuerecū
 die eoz fuit qd̄ non cessauerūt. h̄
 est ergo qd̄ dicit. ps. Arguaz et

et statuā cōtra faciem tuam (Rñ
 derunt ei) in malicia p̄sistentes.
 (ih̄m nazarenū) nō erat q̄rend? ad
 mōrtē quē p̄fiteū eē salutis
 autorem. nec p̄seqnd? erat quē
 dicunt eē florē bonois et honesta
 tis (dicit eis ih̄s) semetipsū offe
 rens sciens qd̄ venit hora eius vt
 trāseat ex hoc mūdo ad patrem.
 (Ego sū) quē queritis p̄uis ad
 mortē et nō ad salutez vestram q̄
 ratis. iij. Re. xix. Ego relict? sum
 solus et querūt animā meā Job.
 viij. queritis me interficē hōiem
 qui vera lo cut? sum vobis (Sta
 bat autē) inuerecūd? (et iudas)
 quondā apōstol? nūc d̄p abolus
 (qui tradebat eū) interim et obs
 uabat qualif signum tradicōis
 daret p̄ osculū (cuz ipsis) om̄ino
 cōsensum prebēs eis. sicut em̄ d̄r
 Math. xxvi. Tandem accessit et
 osculatus est eū dices. quēcūqz
 osculatus fuero ip̄e est tenete euz
 et ducite caute (vt ergo dixit eis
 ego sū) imperterritus se offerēs
 ad paciendū. dixit em̄ ego sum:
 quē p̄uis s̄m hūamitatez occisu
 ri sitis. tamē sum s̄m deitate qui
 sum et nō mutor. hoc ergo audi
 to igneū qd̄dam et d̄mūz micās
 in vultuz eius p̄pendentes (abie
 rūt retrorsū) a cōspectu eius vul
 tum suū sustinere nō valentes.
 Isa. lxiiij. Cecidim? quasi foliū
 vniuersi nos iniquitates nostre q̄
 si v̄et? abstulerūt nos (et ceciderūt

in terra) deiecti potētia deitatis ip-
sius. vnde Aug? . vna vox turbā
odijis furentem armis terribilē
sine vllō telo percussit. repulit. str-
uit virtute latentis dimittatis qd
iudicatur? faciet qui iudicand?
hoc fecit Job. vicesimo sexto Cū
vix parua stillā sermōis eius
audieim? tonitruum magnitu-
dinis eius quis poterit sustine-
re? hoc est primuz in quo ostēdit
q̄ voluntarie passus fuit. Ite-
rū ego interrogauit eos hoc est se-
cū dum (quē queritis) causa iteā
te questiois est vt ostendat di-
scipulos a ōnes fideles sua mor-
te esse liberandos. Illi autē ad-
huc prostrati ī malicia pseuerā-
tes (dixerunt) instantes q̄stioni
(ihs nazarenū) opinādū est q̄
illi increpacoēs audierūt nunci-
orū qui missi fuerant ad capien-
dū dñm. supra. vij. Et ideo ne si-
miles increpacoēs audirēt perse-
uerauerūt in malicia. dixerūt enī
pharisei de illis. nunquid a vos
seducti estis? Rōdit eis ihs ite-
rum vltro se offerēs (dixi vobis .
quia ego sū) qui me ipsū volūta-
rie offero. Maie. liij. pro q̄ p pec-
cato tradidit in mortē aiām suā
a cuius imq̄s reputat? est videbit
semē longauū a volūtas dñi ī ma-
nu eius diriget. Di ergo me q̄-
ritis ad oblatōem p mundo (si-
mite vos) discipulos (abire). In-
signū q̄ ōnes redimētur p q̄bus

offerō me ipsū Jo. xi. Expedi-
tis vt vn? in oriat homo p p̄plo a
nō tota gens pereat. Ad hoc autē
adaptat sermonez quē ī p̄cedēti
capitulo dixit in orōe dicens (vt ī-
pleretur hoc est vltia debitū im-
pleretur (sermo quē dixit) q̄ ser-
mo veritatis fuit (quia quos de-
disti michi) pater de thesauro be-
atissime p̄destinacois (nō pdidi
ex eis quēq̄) a hoc sup̄impletū
est qz intellexerunt supra de fina-
li a eterna pdicōe. hic autē super
hoc saluat etiā in corpe corpali
salute. Pic ergo itez patz q̄ vo-
luntarie patitur . qz qui alios li-
berat seipsū etiā liberare posset si
vellet (symon ergo petr?) hic ter-
cio itez ostenditur q̄ voluntarie
patit . qz cohibet discipuluz vlti-
scētē. dicit autē hic hoc ordine
p̄mo enī oñdit zelū petri ad vlti-
nez sic . p̄mo describit eū duplici
nomie. symō p̄rio a postea petr?
qz a obediēs fuit vōci vocātis et
postea agnoscens ex reuelacōne
patris celestis Math. xvi. Bea-
tus es symon bariona quia ca-
ro a sanguis non reuelauit tibi .
sed pater meus qui est in celis .
Et postea etiā petra dicitus est
ab immobilitate quando dixit.
Aduum quarto. Non enim pos-
sumus que vidimus a que audi-
uimus hoc nō loqui. hic ergo sy-
mon petrus (habens gladium)
quo se numerat ad defendendum

et expellendū iniuriā (eduxit eū)
 euaginādo ita tñ q̄ pri⁹ dixerat
 qđ dicit **Luc. xxiij.** Dñe si percuti
 m⁹ i gladio. qz sic dicit **Matth.**
xvij. Replēnsus fueāt q̄ noluit
 dñm pati et sathan fuerat appel
 lat⁹ et p̄uis q̄reret a dño si percu
 tendū esset tamē ex zelo et atatus
 p̄us passit et hoc ē qđ dicit hic
 (et percussit p̄tificis seruū) **Si**
 aut em dicit **Crisostom⁹** a prin
 dpali sic a capite icapiēs **Abba**
iiij. percussisti caput de domo impij
 (et abscidit auriculā eius dexte
 rā) qđ quidē spūaliter bñ opetit
 q̄ ille popul⁹ cui⁹ seruu⁹ ille q̄ ser
 uili timore seruauit typ⁹ fuit au
 ricula eius dextera q̄ spm̄ audire
 debuit caruit. qz spm̄ loq̄ntem i
 scriptura de xp̄o nō audiuit (eāt
 autē nomē seruo malch⁹) q̄ rex
 eoz interpretat lraliter. qz loco
 sūm sacerdotis alios direxit ad
 maliciā et rexit ne a cepto desiste
 rēt malefacto. **Querit** autē hic
 vñ petri⁹ habuerit gladiūcū ma
 thæ. x. et **Luce. ix.** p̄ceptuz fuerit
 q̄ nichil ferret in via. s̄ ad hoc
 iam sepius responhū ē. qz hoc fu
 it in priā missione tēpore pacis.
 s̄ postq̄ odiosi facti sūt discipuli
 dictū est **Et qui nō habet v̄dat**
 tunicā suā et emat gladiū et hoc
 fuit imminēte passiōe et tūc dixē
 runt **Ecce duo gladij hic et domi**
 nus respōdit satis est et nō dixit
 nimis ē. vt figret vt dicit **Bern**

bard⁹ q̄ gladiū spūalem habet
 ecclia eximendū et materialē ad i
 perum ab alio tamē exercēdum.
 et ideo petrus p̄uidit sibi de gla
 dio. **Querit** etiā **Cris.** cum petro
 dictum est **Matth. v.** Si q̄s per
 cussit te in vnā maxillā porrige
 sibi et alterā: quā se p̄auit ad vi
 dictam. **Et hic r̄ndit Cris.** q̄ pe
 trus hoc non fecit p̄ se s̄ p̄ xp̄o.
Verā solucio est quā alibi
 dixim⁹ q̄ hoc qđ dicit porrige ei
 alterā dictuz est vbi p̄ualet iniq̄
 tas corā iudice iniquo. nō intētū
 adhuc p̄cesserat malū q̄ petrus
 putaret p̄ualere iniquitatem et iō
 accinxit se ad vlāscēdū. (**Dixit** er
 go ih̄s petro) et instructōez dās
 discipulo et pacienciā opponens
 captuatori inimico (**mitte gla**
dium tuū) qz tu⁹ est et tue iurisdī
 cōm seruādus est iō n̄ dico abice
 gladiū. s̄ mitte reseruādum ad
 tēpus (**in vaginam**) et addit lu
 cas q̄ tetigit auriculaz serui et sa
 nauit eā (**Calice**) hoc est calidaz
 ex caritate p̄cōez passiōis (quē)
 ex dispēsacōe (dedit michi pat)
 bibendū. p̄s. **Calicē** salutaris ac
 cipiā et nomē dñi inuocato (nō)
 hoc est nōne visvt (bibam illū)
 quasi diceret si recte sapis debes
 tuam voluntatē voluntati dñe cō
 formare **Aliter** ei eris sathanas
 n̄ sapiēs q̄ dei sūt sic ergo itez q̄
 to oñdit q̄ volūtariē passus fuit
 (**Chors ergo et tribunus**) hic

on dicitur qd prebeo xpi siue ca
ptiuitas fuit ignominiosa. dic er
go: coloris ergo: militu q omia p
pecunia facere sruent **Eccā. x.** pe
cunie obediunt omia q tribun? q
p fuit coloris (q ministri iudeoz)
q ministri fuerunt sceleris (q phede
runt) sacrilegas man? ei imcietes
i (ihm) salutis autore (q) ignoi
mose hic ess? latro (ligauerunt eu)
q onium venerat soluere vincula
Tren. vi. An facie nostra xps do
min? capt? e in pctis nrīs (q ad
duxerunt eu ad anna pmu) h? agi
tur de captiuitatis dñi odenaco e
q ideo queruntur accusacoēs o tra
eu. Diuidit autez in tres ptes pe
nes triplice inqficōez accusacoñū
pmo corā ānā. scdo corā capha
ibi: **Et misit eu ānas ligatu ad**
caphā. tercia in qficō fuit corāz
pylato ibi: **Exiit ergo pylatus**
ad eos. In prio loz tria dicuntur
scz ad iniquū iudicē iusti dñi pñ
tatio. ppugnatois sui petri nega
tio q iusti ab inq iudice exaia cō
secūdu ē ibi: seqbat āteu petr?
fciū autē ibi: pōtifex autē iterro
gavit ihm: **In prio lozū duo di**
cuntur. In qz pmo dicit qliter rex
iusticie inq iudici ē pñtatus q q
lis ipse iudex ē descriptus. dic er
go: q adduxerunt ligatū dñm. qz
hic dicit **Victor** de sruetudine iu
deoz erat ligatos pñtae iudicibz
vsqz ad mortē qz cōdenare vole
bāt: ad anna pmu: qtuor de cau

sis qz vna est qz dom? anne vic
na fuit q vicin? in via occurrit q
in illā intro duxerunt ne in via lō
giori forte tumultus fierz in po
pulo q ideo diuertētes in domū ā
ne declinabāt turbaz forte cōcur
rentē. hic em dicit **Lu. xxi.** etiā iu
das pditor qrebat oportunitatē
quō traderet eum sine turbis **Et**
Math. xxvi. dicebant ipsi pñā
pes sacerdotū **Rō** in die festo ne
forte tumult? fierz i populo **Se**
cūda causa fuit q capha cōiun
ct? fuit affinitate q quis pōtifex
fuerat caphas am illi? tamē ā
nam per hoc honorare voluit q ei
dicit iudicand? pñtare? quē tāq
patre venerabat. qz filiam eius
habuit honestate seculari hoc in
domino tenēs qd dicit **Rō. xij.** ho
nore inuicē pueniētes. **Tercia** cā
ē qz ānas seior fuit q caphas.
iudiciū autē pmū ad seniores re
ferebat vt magis iustū appare
ret coram hoib? **Dan. xii.** **Egref**
sa est iniquitas a seniorib? iudi
cib? qz videbant regere populuz
Ysa. iij. **Dñs** ad iudiciū veniet
cū seniorib? populi sui. **Quarta**
causa est qz hñ duo sacerdotiū vi
cissim emebant a gentib? q sibi
vicissim p annos succedebant et
vtilitatē in cōmuni habebant et
ideo fecit caphas eū āne pñtari
tanq iudici ad quē pertinebat
scire de iudicio q ido ducebāt ad
anna pmu p. **Esdre. ix.** **Manus**

magistrū fuit p̄ma in trāgres-
 sione hac (erat ei) describit cap-
 pham: erat em̄ (soer caph̄e) ā-
 nas (q̄) caph̄as (erat pontifex
am̄ illius) hoc est am̄ illius am̄
 mistracōem habebat q̄uis iudi-
 cium et utilitas iudicij eēt cōmūe
 et affinitate cōiuncti pari iniqui-
 te scelera p̄petrabant. p̄sa. p̄. Pri-
 apes tui infideles socij furuōnes
 diligunt munera sequuntur retri-
 bucoes (erat autē caph̄as) de-
 scribit vltimū caph̄az dicēs (q̄
psilium dederat) Jo. xi. (iudais)
 Gen. xlix. In scilicet eorum nō ve-
 et anima mea (qz expedit vnum
 hominē moi p̄ populo) hoc vt di-
 cit Cris̄. ideo r̄petit vt sciatur vti-
 litas mortis x̄pi. s̄ tamen michi vi-
 detur qz hoc l̄raliter dicit euāgeli-
 sta ad insinuādā maliciā iudi-
 cis. qz p̄certo mala intēcōne de-
 bit psilium de morte dñi et ido di-
 cit hoc vt sciatur qz qz tā nequā
 fuerūt et ipse et attinētes ei in dñi
 examinacōe et vt sciatur qz qz tā
 nequā fuerūt examinatores ei?
 et nō inuenerūt causā qz p̄certo i-
 nocēter occisus ess̄ Deut. xxxij.
Inimici nr̄i sunt iudices. (Seq̄
 bat at̄ ih̄m sp̄mō petr̄?) hic tan-
 git petr̄ negacōem Tangūtur at̄
 hic duo sc̄z de seq̄la petr̄ et de ne-
 gacōe sequele Adhuc p̄mū cōti-
 net duo sequelā ex amore et itro-
 ductōne in atrium pōtificis. dic̄
 ergo: sequebat̄ autē ih̄m sp̄mō

petr̄? Magistri nō inmemori et
 qui pri⁹ quasi preire et occurrere
 hostib⁹ se sp̄opondit. mō alōge
 vt dicit Mat̄he⁹ Marc⁹ et Luc⁹
 sequebat̄ Mat̄h. viij. sequar te
 quocūqz ieris longe autē seque-
 bat̄ qz timebat notari si p̄p̄m q̄
 sequeret tamē fidem exhibebat i
 sequēdo. iij. Re. v. Viuit dñs et
 viuit anima tua qz non ac̄. p̄s.
 Non discedim⁹ a te vi. n. et no-
 t. m. w. (et alius discipulus) vt
 dicit Cris̄. Iohes qui de se vt de
 alio loq̄tur. hij em̄ duo fidelius
 x̄po adhaeserūt et nō erat eis tole-
 rabile recedere ab eo (discipulus
 autē ille) Tangit hic de petr̄ itro-
 ductōe et hoc factum ē p̄ noticiā
 et familiaritatē ioh̄is cum ponti-
 fice. tate ei fuit mansuetudinis
 qz etiā ab homib⁹ x̄pi inimicis
 amabat Et hoc est qd̄ dic̄ (erat
 notus pontifici) p̄. Cor. x. Ego p̄
 om̄ia om̄ibus placeo nō q̄res qd̄
 michi vtile ē s̄ qd̄ multis vt sal-
 ui fiant (et itroiuuit) ille ali⁹ disci-
 pul⁹ qui erat ioh̄anes. s̄ p̄p̄t hūi-
 litatem nomē suum nō scribit ne
 de noticiā tāti p̄ncipis gloriā vi-
 deretur (aut ih̄u) captiuo et liga-
 to (in atrium pōtificis) tamē nō
 intrauit in penetralia dom⁹ i quā
 ducebat̄ ih̄esu⁹ examinād⁹ sicut
 dicit Luc⁹. xxij. (petr̄ autē stabat)
 qz nō eāt notus (ad ostiū) atz
 hoc est curie pontificis (foris) in
 platea. qz ad pontificem pauper

et ignotus non potuit habere accessum **Ysa. p.** pupillo non iudicant et causa vidue non ingreditur ad eos **Ysa. lix.** Corruit veritas in plateis et equitas non potuit ingredi ad eos (**Exiit ergo**) tangitur introductio petri ad locum prime negationis. dicit ergo: exiit ergo: de atrio ad ostium ille (alius discipulus) qui speciale familiaritatem habuit cum pontifice (qui erat notus pontifici) et etiam familie pontificis. Aliquam enim notitia malorum multa impedit mala (et dixit ostiaria) quam in exterioribus portis confitens portam custodiebat. dixit autem forte quod ad se petrus permitteretur (et sic de licencia ostiariae (intro duxit petrum) in atrium. ihesus autem erat in superiori domo solario. tenebat enim petrus et ideo iam retrocedere incipiebat et trahere seorsum se. **Ysa. vii.** Comotum est cor eius et cor populi eius sicut mouentur ligamini filiarum a facie venti (**Dixit ergo petro ancilla ostiaria**) hic tangitur petri negatio. Dicuntur autem hic tria scilicet impellens petrum ad negationem siue negandum. negationem petri et dispositionem infirmitatis eius in spiritu. Impellens est debile. Negatio est quoddam culpabile et dispositio est quoddam miserabile. De primo dicit duo in quibus notat impellentis debilitatem scilicet sexum et animi passionem. De primo dicit: dixit ergo petro: apostolorum principum:

illa ostiaria: mulier non vir. ancilla non domina que aliquid haberet potestatis et ancilla que circumiens in curia vilia fecit opuscula **Leuit. xxvi.** Terrebit eos somitus folii volantis. **p. s.** Trepidauerunt timore ubi non erat timor. (nunc quid et tu) cum aliis profugis (ex discipulis et hominibus istius) dicit hominibus non malefactoris. quia hoc dixit ut dicit **Crisostomus.** miserantis affectu et hoc voluit divina dispensatione ut minus timeret petrus ut quando ad vocem negaret miserantis magis humiliaretur. **Ysa. lxxiiij.** Cecidimus quasi folium vniuersi et iniquitates nostre quasi ventus abstrulerunt nos (dicit ille) petrus (non sum) et sic prima negatio perfecta est in domo anne quod quidem verum est secundum historiam. **Mattheus** autem et **marcus** et **lucas** omnes tres negationes dicit esse factas in domo capite. si ipsi ut continuetur historia de triplici negatione petri per recapitulationem ponunt istam posteriorem cum aliis que facte sunt in domo capite (stabant autem ministri et serui ad priuas) effusas in atrio que ideo effuse sunt in atrio ut ministri qui captiuatores fuerunt domini nostri ihesu christi et in frigore noctis diu algerent haberent eas ad se calefaciendos et hoc est quod dicit (quia frigus erat) non tam extra quam intus. **Mat. xxiiij.** quia abundabit iniquitas refrigescit multorum caritas (et) iohannes (calefaciebant se) quia ex

se algere intra significantes. qz
 corda eoz in soliditatez lapidis
 erant cōgelata **Eccā. xliij. Frigid?**
 ventus aq̄lo flauit et gelauit cri
 stallus ab aqua. p̄s. **A** facie fri
 goris eius q̄s sustinebit (**Erat**
 em̄ cū eis petrus) tan gatur petri
 dispositio miserabilis. qz iam de
 societate xp̄i et ouiu xp̄i sepatus
 est cū illis in societate luporuz ca
 piendum agnū p̄molatū xp̄m et
 hoc notat cū dicit: petrus erat cum
 eis (**Stans**) **Gen. xlix.** In cōclium
 eoz nō ueniet anima mea **Prou.**
 p̄. **Fili** mī ne ambules cū eis. pe
 des em̄ illoz ad malum currunt
 et festināt vt effundāt sāguinez
 innoxii (et calefacies se) iam fri
 gus intus pl̄ q̄ extra **Iher. vi.**
 sicut frigidā facit cisterna aquā
 ita frigidū fecit malicia cor suuz
 et ideo extra q̄siuit caloris reme
 dia q̄ intus calore destituebat.
 (**Pontifex autē**) tāgitur exami
 natio dñi et tāguntur quatuor. In
 terrogatio p̄ticiāis dolosa. rñsio
 dñi: innocētia et excusacōe plena
 irrogata cōtumelia cū iniuria et
 rñsio dñi paciētissima et rōnabi
 lissima **De p̄mo** dicit: p̄ticiā er
 go: nō am̄ illius. s̄ qui p̄tate cū
 cappha emerat (**interrogabat**)
 dolose (ibm̄ de discipul̄ suis) vt
 cū ipso trucidaretur ne aliq̄ reli
 que nomis ei remanerēt. **ij.** **Re**
 gū. **xiiij.** querūt extingūe scintil
 lā meā (et de doctrīa ei?) vt eū ex

puersa doctrina si possz accusarz
 sed sic dicit **Prouer. p̄.** **Frustr** ia
 citur retlex an̄ oculos pennatorū
 (**Rñdit eis ih̄s**) rñsione sapien
 cie que ex publico p̄baret iustuz
 et innocētem. dicit tria scz doctri
 nam fore manifestam a se non
 oportere inquiri. de re manifesta
 testimoniū accipe ab om̄ibz. dicit
 ergo. (**Ego palā locutus sū mū**
 do) hoc est in p̄p̄atulo qz si etiāz
 p̄bolas p̄posui illas discipulis
 exposui vt om̄ibus ab ipsis expo
 nerētur et sic ad manifestū eis ip
 sas ordinari p̄bolas etiā publi
 ce mundo p̄posui **Ysa. xlv.** Non
 i abscondito locutus sū in loco ter
 re tenebroso **Ioh̄. iij.** Qui bene
 agit uenit ad lucez vt manifestē
 tur opa eius quā in deo facta sūt
 (ego semp̄ docui) hoc ē doctrīam
 p̄posui (in synagoga) vadēs per
 p̄uicie ciuitates ad synagogas
 in terra vbi locus ē publicus (et
 in tēplo) docui quā ueni in iherl̄m
 q̄ est loc? sollempnissim? (quo o
 nes iudei ueniūt) tribz viabz p̄
 ānum sicut in ātehabiti? sepe di
 ctum ē (et in occulto) qd̄ in ocl̄
 tis debz r̄manere et in abscondito
 (locutus sū nichil) **Matth. x.** qd̄
 i aure auditis p̄dicate sup̄ tecta
 Et ibidē nō est optū qd̄ nō reue
 letur et occultū qd̄ non sciat. qz
 si aliqua seorsū disserui discipul̄
 ideo feci qz alij capaces nō fuerūt
 aut digni quibz talia p̄ponerēt.

nō tamen hoc ideo factū est q̄ res
eēt in se occulta vel occultāda tā
q̄ heretica doctrina s̄ publica et
publicāda doct̄. Coz. iij. Q̄
si optum est euāgelū nostrū in
hīs q̄ peunt est optū in quibus
de? hū? seculi excecavit mentes i
fidelū vt non fulgeat in eis illū
naco euāgelij glorie xp̄i. Apta
tamē semp̄ doct̄i et si talib? p̄pter
suā cecitatez erant occulta. Et sic
soluit questio q̄ fieri pōt q̄ hmo
patolicus nō est maifest? et q̄ se
orsū aliqui discipulos doct̄i et iō
sbūngit (quid me interrogas)
de publico (interroga eos q̄ audie
rūt et c.) q̄z magna copia ē ap̄
te. sic n̄p̄cedem? et alij mistri q̄s
ad me misistis capienduz. Job.
vij. (hij ei sciunt qd dixerit ego)
Proū. viij. Iusti sūt omnes sermo
nes mei et nō est in eis prauū qd
atq; puerūz (hec cū dixisset) qz
nichil mali fecit vel dixit (vn?)
vnicus in malicia exceptus (aspi
stes) pontifici (ministroz) sceleris
illius qd̄ facere inceperūt (de
dit alapā) ad maxillaz dās pal
mā (ihu) tren. 3. Dabit p̄uicēti
se maxillā saturabit obprobrijs
mich. v. p̄uicēt maxillā iudicis
isrl. (dices sic r̄ndes pontifici) v̄
luit iste q̄ plane cōfiteretur vel
negar? qz videbat p̄t̄ifex men
dacio argui q̄ sepe dixerat xp̄z p̄
uersa docere si testimonio om̄iuz
de falso iurceret. sic Actu. xxij.

Sūm? sacerdos p̄cepit os pauli
lapidibus tundi sic fit vt qn̄ al
chim? . ij. Mach. iij. nichil dig
num habz hmo sacerdotē aiz ve
ro crudelis tyrāni et fere belue nā
gent in innocēs et vult vt sac
doct̄i cui? p̄t̄axe non v̄t̄ nisi ad
malū in ip̄so alij veneretur. impi
us em̄ pontifex mistros om̄es hz
ip̄ios sic d̄z in puerbijs. Rex q̄ li
benē audit verba mēdaciū om̄es
mistros hz impios (R̄ndit ei ille
fus) r̄n̄ho paciēcie et sapie erudi
entis et sic b̄n̄ficiū impedit eru
dicōis p̄ malefacto iuxta dictum
suū. Maf. v. D̄n̄facite hīs q̄ ode
rūt vos (si male locut? sū) qz con
stat q̄ nō male locut? sū. si ergo
male locut? sū ip̄sū bonū qd̄ locu
t? sū et idō hoc dicit q̄ etiā mistri
modū culpāre videt et nō dictū
qn̄ dixit. sic r̄ndes? si ego male lo
cut? sū (testimoniū p̄hibe de ma
lo) p̄ penā quā inflixisti et sit tibi
licitū alapā dedisse (si at) nō ma
le s̄ (b̄n̄) locut? sū qz vbi n̄ ē confes
sio rei i iudicō si publicū h̄ri p̄t̄ te
stioniū. tūc iudici maḡ oueit ad
absoluēdū reū q̄ d̄n̄ad et si ego
h̄s locut? sū (qd̄ me cedis?) ip̄ius
ei d̄z eē q̄ b̄n̄ loct̄ i iudicō p̄s. Re
tribuebāt in mala p̄tois (et mi
sit cū anas) Sec̄da ps exaiacio
nis xp̄i qualit̄ examiat corā cap
pha Tangūtur autē hic breuit̄
duo. s. ad capphā p̄ p̄nta. et p̄
āpi? ap̄loz i ato capphē duplex

negatio. dicit ergo: et misit eum
 annas: antiqor in malicia Dan-
 xiiij. Inueterate dieru malorum
 nunc uenerunt pcca tua qui ope-
 tabaris prius Innocentes oppri-
 mens et dimittens noxios (liga-
 ti) qui uinacula omiu soluit (ad
 caphan) genez suu q pontifex
 erat ani illi? (Erat aut symon pe-
 trus stas) in atrio caphbe sicut
 frige fact? fuit in domo anne et io
 (calefaciens se) prunis in atrio
 ppter familiam fufis (Dixerunt ego
 ei) petro ministri sceleris (Num
 quid tu ex discipulis es hominis
 isti?) tales fuerunt q dixerunt Jo-
 han. ix. Maledixerunt ergo ei et di-
 xerunt tu discipulus eius? sis nos at
 moyfi discipuli sum? (negauit
 ille) petr? (et dixit) timore pau-
 dus (non fui) ex discipulis eius.
 multu destitit ex hoc qd dixit Lu-
 ce. xxij. patus sum tecu in carcere
 et in morte ire. negat petrus se n
 ee discipulu xpi et in hoc negauit
 xpm et in hoc instruimur ut dic
 Aug? q ecia si aliqs no negat
 xpm negat tn se no ee xpianu q
 hic reputadus est negasse xpm.
 satis xpz negauit q se ee mebz x
 denegauit. Tptu. p. Confitetur
 se nosse daum factis autem abne-
 gant (dixit ergo vn? ex seruis po-
 tificis) qui discreci eu nouerat.
 qz fuit (agnatus eius cui? absci-
 dit petr? auriculam) Marc. aut
 xiiij. uidetur hoc dictu ee pluriuz

qzibi ita dicit rursus q astabat
 dicebat petro vere tu vn? ex illis
 s? ueritas est q iste p?us exatabat
 alios ad dicendu et ideo vn? fuit
 pncipalis qui dixit. alij aut co-
 cordabat cu illo Dicit aut qui
 da q hoc coad? dixit. qz cum sa-
 natus fuit cognatus ei? libenter
 tacuiss? qz sub pena pceptum fu-
 it pontificu ut ones qui aliquid
 nouissent de discipulis dmi pde-
 rent ut danaretur (Rone) ergo
 p idum que dedisti agnouit (vi-
 di te in orto cu illo) hoc est cu ihu
 fu. (Ite ergo) tercio (negauit
 petrus) dms et sicut dicit Math.
 xxvi. Cepit detestari et iurare qz
 no nouiss? homine (et statim gal-
 lus catauit) hoc est galliciniuz p-
 fecit qz pcerto post secudam ne-
 gacoem gall? uoce dedit. s? galli-
 cinu post tercia negacoem perfe-
 cit et tuc ut dicit Math. xxvi. re-
 cordatu est uerbi dmi qd diceat
 ante q gall? cantet ter me nega-
 bis Et ibi dms respexit petz spu
 aliter in corde uisitado. qz corpa-
 liter ab eo uideri no poterat cum
 petrus ess? extra in atrio et inferi-
 us. dms aut in penetralib? et su-
 pra int? et supius ut dicit Aug.
 Et tuc petrus egressus foras ext-
 colorum maloru dimisit habe-
 nas lacrimis et fleuit amare Dic
 ergo negatio petri in domo anne
 perfecte erat in chwata et in domo
 caphbe consumata et b? dicit Ihero.

¶ Beda veritas est historie Au-
gustinus. tamen dicit quod tota comple-
ta fuit in domo anne. Et quod dicitur
fuisse completa in domo capharce iohannes
dicit quod propter cognicionem domus
capharce domus anne reputabatur
et e converso. primum autem secundum lraz
est verisimile. (Adducit ergo
ihesum ad capharn). Istud est secun-
dum de examinacione christi quam brevi-
ter transit hic iohannes. quod sciunt quod
per tres euangelistas plinius erant
descripta qualiter scilicet habitum est con-
tra christum falsum testimoniū in do-
mo capharce. qualiter illusus. qualiter
consputus. qualiter velatus sunt sibi
oculi. qualiter colaphizatus que omnia
Math. xxvi. marc. xiiii. Lu. xxii.
continent et ideo breuiter ista pertran-
sit. Queritur autem hic quare etiam
negacionem petri breuiter non pertran-
sit. quod etiam illam alij diligenter de-
scripserant. Dicendum autem est ad
hoc quod hoc fit propter platos qui pro
cipue ammonendi sunt ne de se presu-
mentes alios condemnent cum et ipsi
infirmirate circumdatis sint sic alij
Heb. iii. Non habemus pontificem
qui non possit copari infirmitati-
bus nostris. temptatum autem pro omnia pro si-
militudine carnis absque peccato. sic
ergo adducunt ihesum ad capharn
(in portum) quod dupliciter exponit
secundum Crisostomum. quidem sic. Quod post gal-
li cantum duxerunt primo ihesum ad cap-
harce domum ubi tota nocte quiescerunt
falsum testimoniū et illudabant

christo. In mane autem processit cap-
phas tanquam astutus et dolosus ut
experiretur voluntatem pylati de
christo ante quam cristus presentaretur
sibi ut persuaderet malefactorum
esse. Et tunc mane facto ut dicitur
Math. xxvi. adducunt ihesum de
domo capharce in pretorium pila-
ti Augustinus autem vult quod om-
nia facta sunt in domo anne et quod
mane facto caphas de domo an-
ne processit ad pylatum ut dictum
est et quod tunc persuaso pylato ad-
ductus est ad eum ihesus pyla-
to presentandus et hoc est: In por-
torum: quod iterum dupliciter
exponitur. Quidam enim dicunt
quod quia pylatus alienigena fuit
et romanus quod in hoc gratiam fe-
cit pontifici quod in domo capharce de
accusacionibus legis pretorium te-
nuit ut ibi consilium de accusacionibus
omnibus legis habere possit. Qui-
dam autem dicunt quod in veritate fi-
cut dictum est caphas processerat
ad domum pylati. sed hoc domus
duplex erat et una pars habitacio-
nis presidis in quam omni tempore in-
troibant iudei et ibi pylatus cum fa-
milia sua habitavit. alia autem pars erat
portum in quo rei detinebantur et
illa partem domus in festis magnis
non introibant iudei ne contamiaren-
tur propter sententias sanguinis que ibi
perferebantur et hoc sententia est proba-
bilior et hoc est quod dicitur (Erat autem
mane) quintadecima die aprilis

quā sollemnitas pasche erat celebrā
 da altissimo dño Jo. xviii. (Et
 ipsi non introibāt in p̄torio) h̄
 est in illam p̄te dom? q̄ p̄torum
 dicebat (vt nō contamiarētur) cō
 uictu gētiliū (h̄ manducarēt pa
 scha) hoc est cibum paschalē q̄
 erat azima quē p̄ septē dies mā
 ducabāt. q̄ agnū paschalē p̄ce
 denti die ad vesp̄er manducaue
 rūt. Sed tūc qualif capphas in
 gressus fuerat q̄ritur qui erat pō
 tifer am̄ illius et ideo maxime cō
 taminacōe carē debebat. **S** ad
 hoc dicēdum ē q̄ neq; capphas
 in p̄torium intrauit. h̄ tūc in do
 miū ad pylatū et illo ibi existente
 ihs a cappha in p̄torium est mis
 sus ad pylatū. hęc est sententiā
 lialis p̄babilior. (Exiit ergo py
 latus) **H**ic in p̄te ista tangit ac
 cusacōe fca coram pylato et habz
 duas p̄tes. In quaz p̄ma q̄ritur
 accusacōe cōtra dñm ex p̄te accu
 sancū. In secūda autē examina
 cō fit accusacōe nū ex p̄te accusa
 ti dñi ibi: Introiuit ergo itez in
 p̄torium: In prima h̄az p̄cium di
 cunt duo quoz vñū est in q̄ficio
 accusacōis. secūdam autē q̄ nō
 inuenta accusacōe viso q̄ fruo
 lū erat qd̄ dicebat: iudex se q̄rit
 absoluerē dicit ergo: Exiit ego
 pylatus (ad eos) de pretorio in
 qd̄ noluerūt introire ne cōtamiā
 rent. **A**ug. O impia cecitas alie
 nigenē iudicis p̄torio contamina

timebāt et fr̄is innocētis sāguie
 nō timebāt et hoc est qd̄ dicit (fo
 ras) de p̄torio (et dixit quā accu
 sacōem affertis) in iudicio (adu
 sus hominē istū) nō dicit male
 factorē. h̄ hominē qui n̄l ibūanū
 contemnerat. **D**an. xii. Innocentē et
 iustū ne interficiās. **R**nderunt et
 dixerūt ei) nichil habentes obicē
 h̄ sibi credi de sua autoritate di
 cūt debere ipsi tamē p̄curabāt iu
 diciū vite innocētis (si nō esset
 hic malefactor) quē de? **E**xo. xxx
 ij. p̄cipit nō pati viuere (nō tibi
 t̄didissem? eū) nos qui sum? tā
 te autoritatis et religiōis et tamē
 i facto nichil obiciūt similes ad
 huc pontificib? sūmis nr̄is q̄ ex
 sola autoritate innocētes oppri
 mūt et credi sibi in sanguinēz vo
 lunt innocētūz. Est em̄ de nr̄a au
 toritate tāta p̄sumpcō q̄ nichil
 p̄peram faciam? **V**ia. p̄. p̄ncipes
 tui infideles socij furūz ōnes dili
 gunt munera sequūtur retribuā
 ones. **G**lō. tamē videtur dicere q̄
 accusacōes ferebāt in cōuenientes
 eas q̄ dicūtur. **M**ath. xxvi. **H**ic
 dixit possum destruere tēplum h̄
 manufactū et illud reedificare. **E**t
 illud. hūc inuenim? subūtētē gē
 tē nr̄az et p̄hibētē tributa dare
 cesari et dicentē se xpm̄ regem eē
 et h̄mōi. (Dicit ego eis pylat?)
 videns q̄ accusacōes nō erāt cō
 ueniētes (Accipite eunros) qui
 de talib? curatis accusacōibus

legis v're (et secundum legem vestram) quod iudicio pylati frivola fuit (iudicate eum) intendens quod ultra legis preceptum nichil infligeret ei et putabat ad hoc emenda verberum et flagellacionis corrigere. vnde etiam in **Lu. xxiiij.** Emendatum ergo illum dimittam (dixerunt ergo iudei) volentes interficere per alios (nobis non licet interficere quemcumque) lege romanorum que tunc habuit publicam libertatem prohibentem et hoc quod preter intentionem aliud signandi dicebant. hunc tamen spiritus sanctus habuit sermones quod sic predictum dixerat **Matth. xx.** A gentibus erat interficiendus et non ab eis et hoc est quod dicit (ut sermo ihesu implet quem dixit) **Matth. xx.** et **Luc. xviii.** Tunc enim gentibus ad illum deum et flagellandum. (signas quam morte esset mortuus?) hoc est a quibus? **Gl. 1.** Non quod morte crucis in hoc significat. hunc quod a gentibus esset mortuus? vel dicat nobis non licet occidere quemcumque. non quidem semper hunc nunc in festi celebracione in qua captivi sunt absoluedi (introiit ergo) hanc agit de exaiacione accusacionum a pylato facta ex parte domini accusati et dividitur in duas partes. In quibus prima ponit a pylato quantum potuit parata domini liberacione ibi: Et cum hoc dixisset itez exiit. In primo dicitur quantum or. In quo primo tangit accusacionis quam maxime ponderabat in questione. In secundo per ordinem accusacionis huius ostendit elisio. In tertio ostendit accu-

facions a pylato remota suspicio. In quarto petitur christi de se confessio. Dicit ergo: Introiit ergo (pylatus) recedens a iudeis (iterum in pretorium) in quod introductus erat ihesus volens querere a domino de hijs que a iudeis audireat (et vocavit ihesum) in iudicio ut sibi sua iudicaret confessio (et dixit ei) examinando eum (Tu es rex iudeorum) hanc ei accusacionem magis ponderabat si se regem facies scissuram a romano impio pararet. Si autem audisset illud **Jo. vi.** Quod cum quereretur ad regem fugit non hoc quasi vidisset (respondit ihesus) originem istius? accusacionis elidens (a temetipso hoc dicit) hoc est quod tu hoc estimas quod nunquam me vidisti. milites congregare. multitudines adducere. tumultum in civitatibus? parare nec scissuras facere quod tamen tu principaliter scire debebas quod parator iudee es (an alij tibi dixerunt de me?) et tunc agnosce radicem dicit ex quo nullum signum talis accusacionis in me unquam vidisti. Ac si dicit illud quod paulus dixit **Act. xxiiij.** neque tibi probare poterunt ea de quibus me accusant (respondit pylatus) domino de hoc? accusacionis origine (nunquam ego iudeus sum?) ac si dicat non sum iudeus? et ideo de frivola legis questione a meipso non loquor hunc potest (ge' tuaque) que ex eiusdem gentis et legis tue et te defendere ab alienigenis debuerunt (trididerunt de michi) per malefactorem quod ab eis inquire non potui

Tu ergo dic (Quid fecisti?) Jo
 sue. vii. Da gloriā deo et cōfiteri
 p̄ctm̄ tuū et indica michi q̄d fece
 ris. (R̄ndit ih̄s) sicut fuit mitis
 et humilis corde. sic dicit Rō. xij.
Non alta sapiētes s̄ humilibus
ascēdētēs. ac si dicat illō Mat̄.
xi. Discite a me q̄z mitis sū et hūi
lis corde. (Regnū meū) dat accu
 sacōnis verā respōsiōez et r̄nsiō
 nis p̄ signū pbacōem et r̄nsiōis
 ad veritatē discussiōē. dicit ego
 regnū meū: quo in meis regno
 (non est de hoc mūdo) hoc est de
 fastu et gloria et dñatu huius mū
 di. q̄z sicut dicit p̄. Job. vi. totus
 mundus in maligno positus ē et iō
 etiā Mat̄. vi. dixit q̄ orādus ē
 adueniat regnū tuum ut regnū
 mundi et dyaboli et p̄ctm̄ excludā
 tur. Huius autē probacō est
q̄a (si de hoc mundo esset regnum
meum tunc ministri regni mei
terrem utiqz decertarent ut non
traderer iudeis) ergo patz q̄ reg
num meū nō est mundanū et hoc
est (nunc autē regnū meum) q̄d
est cōpleta regnādi ptās (nō est
hinc) hoc est de mundo isto. Et
si obiāt q̄ sancti i quibz regnat
sunt in hoc mundo R̄ndendū est
q̄ intēdit q̄ regnū suum nō est
de hoc mūdo. hoc est leges et iura
regni sui et h̄ij in quibus regnat
nō sunt mūdāni sicut dicit Cris̄.
Job. xvij. de mūdo nō sunt sicut
et ego non sum de mūdo Jobā.

xv. Si de mundo fuissetis mūdus?
 q̄d sūū e. d. Ped qz de mundo nō
 estis sed ego elegi vos de mūdo
 p̄pterea odit vos mundus et hoc ē
 quod dixit (dicit ei p̄platus) di
 scutiēs ratiōem de ea quā maxie
 ponderabat accusacōe (Ergo rex
es tu?) ac si dicat Quocūqz ego
nō siue celestis siue terrenus: rex
es tu? et hoc est veritatis in q̄ h̄icō
 (r̄ndit ih̄s tu dicitis) et ego ascen
 do qz talis ut dixi (rex sū ego)
There. xxij. Puscatō dō ger
iustū et regnabit rex et sapiēs eit
Lu. p̄. Dabit illi dñs deus sedem
dauid p̄ris eius et regnabit i do
mo iacob in eternū (Ego in hoc
natus sū) q̄ veritas de veritate
natū sū (et ad hoc) a veritate mis
sus (veni in mundus) p̄ veritatē
redimere mūdū (ut testimonū
phibeam veritati) veni ei cōstituē
regnū illud Ysa. ix. ut cōfirmet
illō et corroboret amodo et vsqz i
sempiternū. lux em̄ vera nō p̄hi
bet testimonium nisi veritati. qz
falsū et mendaciū fugiūt veritatē
et ideo (ōnis q̄ est ex veritate dei)
informatur for̄ veritatis (audit)
hoc est intelligit (vocē meā) que
p̄ verbi veritatē semp in se demō
strat veritatē Job. viij. Qui ex
deo ē verba dei audit p̄pterea nō
auditis vos qz ex deo nō estis et i
hoc cōmendat gracia ut dicit glō.
qz qui veritatē que magis est in
virtute verborz q̄ in significatis

attēdit hic graciā a deo accipiēs
statim credit (Dicit ei pylatus)
auditu veritatis delectatus (quod
est veritas) et huius questionis re-
sponsum non expectavit cum tres as-
signant rationes a prioribus. dicit enim
Aug? quod subito venit ei in mentem
quod vult vindictus in festo dimitti
conuenit et ideo ante auditum rationis
festinavit ne aliquid nocens libera-
tur volens occasione festi dominum li-
berare. **Crisostomus** autem dicit quod
vidit questionem quid sit veritas
difficile et longo tempore indigentem
esse ratione. Et ideo timens dispendium
temporis ante auditum responsum
festinavit ad iudeos redire et do-
minum si posset liberare. **Alii** dicunt
quod non meruit audire responsum
finale de veritate sed questionem tantum
facere. quia iudicium suum a veritate
inchoavit et non in veritate sed in p-
ueritate finivit. secunda ratio est
probabilior inter alias (Et cum hoc
dixisset) hic tangitur ps illa que
de liberatione ihesu postquam per examina-
tionem inuenit frivolas esse accusa-
tiones. Et dividit in duas partes.
In quarum prima laborat simpliciter
ut liberet dominum. In secunda parte
videns quod hoc non poterit: flagel-
lat eum ut mitiget furorē iudeo-
rum. laborat vel ut sic liberet ino-
centem dominum et hoc incipit in capitulo
sequenti ibi: Tunc ergo apprehen-
dit pylatus ihesum. In prima dicitur
tur duo scilicet professio innocentie

domini et allegatio liberationis. dicit
ergo: Et cum hoc dixisset: queren-
do quid est veritas? (iterum exiit
ad iudeos) ut per innocentiam domi-
ni loqueretur (et) hoc est quod (dicit
Ego nullam causam inuenio in eo)
hoc est contra eum. ps. Neque iniquitas
mea neque peccatum meum domine
sine iniquitate auerit et dixit **Job**
xvi. Hec passus sum absque vlla
iniquitate manus mee cum ha-
berem mundas preces. Allegat
etiam ulterius rememoracionem anti-
que clemencie festi propter libera-
tionem patrum eorum ab egipto et
hoc est (Est autem consuetudo vobis)
in rememoracione antiquae libera-
tionis (ut dimittam vobis unum in pa-
scha) quando celebratis patrum
vestrorum ab egipto liberaconem
et dimissionem (Vultisne ergo)
ex quo nulla causa est in eo (di-
mittam vobis regem iudeorum?)
Ac si dicat Si enim honeste ab-
soluam vos ab eo **Augustinus.**
quod auelli a prelati corde non potu-
it esse christum regem iudeorum tanquam
hoc in corde suo sicut in titulo ip-
sa veritas fixerit de qua quid esset
interrogavit (Clamauerunt rur-
sus omnes dicentes) obstinato corde
et in malicia corde prope perdurantes
(non hunc) innocentem et iustum
dimitte (sed barrabam) et huius
clamoris inconuenientiam assignat
euangelista dicens (Erat autem
barrabas latro) **Luc.** vicehōtō

Qui propter seditionem et homicidium
quod commiserat in ciuitate missus
fuerat in carcerem et hunc christo pre-
tulerunt.

Ca. xix.

Tunc ergo pylatus ap-
prehendit ipsum. **D**ic incipit
per in qua pylatus
laborat ad liberandum dominum iherosolymitanum
cum aliquid mitigatione furoris iudeorum
per seueritatem quam fecit circa dominum
habere autem quatuor partes. In prima
prima afflictum flagellis et illudum
obprobriis ad voluntatem iudeo-
rum mittitur liberare. In secunda
audiens accusationem quod filium dei se
faceret timens magis per rumorem il-
lum mittitur liberare ibi: **R**esponderunt er-
go iudei: Nos legem habemus. In tertia
cogitur per accusationem romane po-
testatis quod si hunc dimittit cesari
se opponit ibi: iudei autem clama-
uerunt dicentes. In quarta autem
adiudicatio petitionem fieri eorum sed per
tribunali ibi: pylatus ergo cum
audisset periculum horum est districte se-
ueritatis. sed autem digne discreto-
nis. tertia humani timoris. quanta
tunc autem apte iniquitatis propter quod
etiam culpabilis in morte domini dicitur
pylatus. In prima harum pericula
dicuntur quoniam sed domini flagellatio
domini illusio. flagellati et illusi de-
monstratio. iudeorum clamatio. py-
latus ad liberationem domini periculum valu-
it persuasio. dicit ergo. Tunc ergo
quoniam nec sollemnitatis festi nec con-
suetudo latronum et homicidum valuit apud

eos quoniam eligerent eum morti contra fe-
sti pietatem et proponerent mortem eius
malefactori et homicidum tunc cogi-
tans facere eos penis suis: app-
hendit pylatus ipsum: coram eis (et
flagellauit) eum per manus militum
ad columnam publice ut vndique
laceratis carnibus eius et in liuore
redactis ut penis eius crudelitas
eorum faceret per psalmum. **C**orpus meum
dedi per patientibus et genas meas
velentibus faciem meam non auerti
ab increpantibus et conspuentibus in
me. quod autem hoc faceret ad libera-
tionem domini dicitur **L**uca. xxij. vbi
dicit pylatus **E**mendatum autem
dimittam illum (et milites) secundum
est de illusione: et milites (plectentes)
applicatio (coronam) id est sertum
ad modum corone capitis (de spi-
ris) hoc est de uicibus spinosis et acu-
leatis versis aculeis ad caput (in-
posuerunt capiti eius) ut pena per-
ditiois cumulare per pro irrisiois.
Quant. iij. **E**gredimini filie syon
hoc est fideles anime et videte re-
gem salomonem rex pacificum in
dyademate quem coronauit eum mat-
fua hoc est synagoga. hoc autem fe-
cerunt in irrisione eius. quia a fide-
libus rex israel dicebat matth. xxi.
Benedictus qui venit in nomine do-
mini rex israel osanna in excelsis.
(et veste purpurea) **I**n signum re-
gale hoc est colore purpureo hoc
est sanguineo rubeo colorata que
de sanguine ostrei quod purpur